

The Liber Pharetrae Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 30: De iuuenibus (4)

Joannes Chrysostomus, *de Compunctione*:

Non canities laudabilis, neque iuuentus culpabilis existit: multi quippe, et in iuuentute philosophiam demonstrarunt, et in senectute lapsi sunt.

Canities sapientiae, non capilli candidi commendantur.

Non enim canities laudabilis, neque iuuentus culpabilis. Multi quippe et in iuuentute philosophiam demonstraerunt, et in senectute lapsi sunt.

Nam tres pueri in ignem sunt regis imperio missi, et quia virtute caelesti praediti erant, quam sibi bene viuendo acquisierant, flammas in rorem conuerterunt. Sed et Daniel cum esset duodecim annorum, leonum rabiem in ouium mansuetudinem commutauit, et ferociam illorum fide fregit. Neque enim iuuenem culpes, nec collaudes senem. Non enim in differentia aetatis virtus ac malitia cognoscitur, sed in differentia mentis. Quod si fueris sobrius nihil tibi immaturata nocebit aetas: et si fueris negligens, senectus tibi nihil prodesse potest. Canities autem sapientiae non capillos candidos requirit.

Iohannes Chrysostomus, *Homiliae in Psalmum L, 1* (Homiliae in partem multo meliorem Daudici Psalterii, Paris, 1555, fol.197r-v).